

**VICTORIA, MCPHERSON LIBRARY, DOC.BROWN.10**  
**Acc. 1989-069, Item #5**  
**Bull of Pope Sixtus IV**  
**Rome 18 October 1471**

---

**TRANSCRIPTION:**<sup>1</sup>

- 1        **SIXTUS** ep(iscopu)s Seruus Seruor(um) dei **Dilecto** filio Nobili uiro Galeacio Marscotti de Caluis Militi Officiali
- 2        Officialatus sancti Petronij Bononien(sis) Sal(u)t(em) e[[t]] ap(osto)licam ben(edictionem) **Fidelitatis** tue integratas in n(ost)ris et Roman(e) eccl(es)ie comprobata negocijs promeretur [[ut]] personam tuam ap(osto)licis fauoribus et gratijs
- 3        prosequamur Cum itaq(ue) sicut accepimus Officium Officialatus sancti Petronij Bononien(sis) quod quandam Iohannes de Griffonibus dum uiueret exercebat per obitum eiusdem Iohannis qui extra Roman(am)
- 4        Curiam diem clausit extreum uacauerit et uacet ad presens Nos de persone tue industria et fidelitate ac in agendis experientia in domino confidentes ac sperantes q(uo)d ea que tibi co(m)miserimus
- 5        non minori fide qua(m) diligentia ad statum honoremq(ue) Roman(e) eccl(es)ie laudibiliter exequaris Officium predictum siue ut premittitur siue alias quoquis modo uacet tibi quoad uixeris cum arbitrio potestate
- 6        et auctoritate necnon cum salario iuribus et emolumenis honoribus et oneribus consuetis auctoritate ap(osto)lica tenore presentium donamus concedimus et etiam assignamus tibiq(ue) nichilominus omnia et
- 7        singula que ad officium hui(us)modi eiusq(ue) liberum exercitium pertinere noscuntur de consuetudine uel iure et que pro status n(ost)ri et Roman(e) eccl(es)ie tranquillitate ac pace dilector(um) filior(um) Co(m)munitatis et hominu(m)
- 8        Ciuitatis n(ostr)e Bononien(sis) necnon conseruatione iurium dicti Officij extiterint faciendi ordinandi mandandi et exequendi facultatem plenariam concedentes ac mandantes ex nunc prefatis Co(m)munitati et
- 9        hominibus necnon illi uel illis ad quem uel ad quos pertinet ut te in omnibus ad officium huiusmodi eiusq(ue) liberum exercitium ut est moris recipient et admittant tibiq(ue) de salario iuribus et emolumenti\s/
- 10      huiusmodi quantum ad eos pertinet respondeant et faciant ab alijs integre responderi. Non obstantibus omnibus alijs provisionibus de dicto Officio per nos forsitan factis et nisi de toto tenore presentiu(m)

---

<sup>1</sup> See also Document I in Luigi Frati, *I corali della Basilica di S. Petronio in Bologna*. (Bologna: Ditta Nicola Zanichelli, 1896), pp. 83-84.

11 specialis specifica et expressa non autem per generales clausulas mentio fiat et tibi specialiter derogetur de cetero faciendis ceterisq(ue) contrarijs quibuscunq(ue). Uolumus autem q(uo)d antequa(m) possessione(m)

12 dicti Officij apprehendas et ip(su)m Officium incipias exercere de illo pro nobis et Roman(a) eccl(es)ia fideliter gubernando et prudenter laudabiliterq(ue) exercendo in manibus n(ost)ris ac Uenerabilis fratris n(ost)ri<sup>2</sup> fortunati

13 Ep(iscop)i Sarsinat(ensis) dilecti filij n(ost)ri francisci sancti Laurentij in Damaso Diaconi Cardinalis in Ciuitate n(ost)ra Bononien(se) a(posto)lice sedis Legati Locumententi prestes fidelitatis debite in forma

14 solita iuramentum Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam n(ost)re donationis concessionis assignationis et mandati infringere uel ei ausu temerario contraire Si quis autem

15 hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beator(um). Petri et Pauli Ap(osto)lor(um) eius se nouerit incursum. Dat(um) Rome apud Sanctum Petrum

16 Anno Incarnationis dominice Millesimo quadragesimo septuagesimo primo Decimo octauo [[k(a)l(endas)]] Octobr(is) Pontificatus n(ost)ri Anno Primo

---

**Transcription completed by Seth Johnson, with corrections and amendments by Kenna Bathea, as part of coursework for a manuscripts studies class with Dr. Adrienne Williams Boyarin (ENGL), December 2016. Conventions follow Raymond Clemens and Timothy Graham, *Introduction to Manuscript Studies* (Ithaca, 2007), pp. 75-77.**

---

<sup>2</sup> *Uenerabilis fratris nostris* is in a cramped script, written over an erasure.